



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

1. Vnde computetur annus trigesimus de quo Ezech.1.v.1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

P.  
H. Philii

Chrono  
vet. Testa  
A 11  
17

autem consideratis, hic locus, quo de agimus inter obscuros, & explicatos  
les merito habetur: ad cuius declarationem, quæ mihi occurrerebat, in  
nacia in medium protuli, paratus meliora, si quis ostenderit, sequi  
que moniti Apostolici, Rom. 12. v. 3. non plus sapere, quam oportet sapere, sed  
sobrietatem.

¶

NOTE ET QVÆST. CHRONOLOG.  
IN PROPHETIAM EZECHIEL

De tempore quo prophetauit Ezechiel.

Cœpit An.  
5. sua tras-  
migrationis  
post I-  
saïam &  
Jeremiam.



Vates Ezechiel cum Iechonia Babylonem abductus, anno  
sua transmigrations vaticinari cœpit, vt ex cap. 2. ver. 2. patet  
est. Idem erat annus quintus Sedecia: hic enim oculo Iechonia  
gni gubernacula absque inter regno suscepit. Hinc inferunt  
Ezechielem prophetae cœpisse, annis post Isaïam 199. mihi ab anno  
quo plerique Isaïa vaticinia auspicantur, vsq; ad annum quintum trans-  
migrations Iechonia, anni 200, effluerunt. Verum, vt Isaïa 1. qu. 1. anno  
bium est, an Isaïas illo anno Ozia 17. suas prophetias exortus fuerit.  
no 13. Iosia, quo vaticinandi officium aggressus est Jeremias, vsque ad  
istum, transmigrations quintum, eundemque prophetantis Ezechiel  
mum, annos 34. aut 35. supputo, quibus Jeremias Ezechielem pro  
mam ordine temporis suarum prophetiarum sacris literis mandatum  
anno 27. transmigrations edidit cap. 29. v. 17. Prophetias igitur ab eo  
habemus annorum viginti trium terminis inclusis: an verò diutius  
fuderit oracula, non constat.

EZECH. I. v. 1.

Et factum est, in trigésimo anno.

QVÆSTIO I.

Vnde hic tricesimus annus computetur.

Quidam  
putant esse  
Nabopo-  
lassarum.

ANnum hunc fuisse trigésimum Nabopolassarum regis Babylonis  
dunt Cornelius hic, Peraius infra citandus, nec aliud voluit.

mus, Prada, & ante eum Scaliger, quem sequitur Capellus ann. mund. 3404. Calaisus ann. m. 3354. Probant, quia Nabopolassar, ut ipsi asserunt, novam æram constituit, primusque eius annus confurgit à centesimo vigesimo tertio Nabonassari: nam illius annus quintus erat 127. Nabonassari, quo fuit eclipsis Lunæ.

2. Hæc interpretatio, vel eo nomine suspecta est, quod huius non meminerint antiqui te centiores in ea explicanda inter se minimè conueniant. Nam ut bene aduertit Torriellus ad ann. m. 3440, æra illa ab Astrologis Chaldaeorum obseruata, non ducitur ab imperio Nabopolassar, nec inde Ptolemæus, Cambylis, Darij, Adriani, & aliorum regum annos enumerat: sed à Nabonassari. Quod cum ignoraret Pradus in eum errorem incidit, ut æram Nabonassarum in annis Nabopolassar confunderet, ut monet Petauius. Quod autem etiam in 150 Nabopolassar, noua æra postmodum, auctoritate publica fuerit instituta, nusquam reperimus, neque Pradus id probat, inquit Torriellus, neque alij, quos hactenus videt, probauerunt.

3. Respondet Capellus id non esse necesse, sed sufficere, quod cuiusque regis, quando regnat, æra ab ijs, quibus imperat, passim vsurpabatur. Et paulo post: Quid mirum, si conuenientius dici, quàm ut Ezechiel Babylone agens designarit annum regis comparat? pro cuius incolumitate quotidie precabatur? Addit hunc regem non fuisse Nabuchodonosorem, sed patrem eius, qui cum filio regiam suam potestatem, aliquot annis antequam moreretur, communicauerit, idque ex Berosi & aliorum testimonio. Nabopolassarum ait regnasse annos 29. ac tandem concludit, omnino fixum ac immotum stet, necesse est, quod toties, & tam luculenter, à Scaligero demonstratum, à Torriello planè dissimulari miror, nempe subintelligi hic vocem Nabonassar. Ac rursus inculcat, annum Nabopolassar tricesimum, auctore Ptolemæo, minimè omnium suspecto esse Nabonassari centesimum, quinquagesimum secundum, & consequenter, consentientibus vno ore, omnibus Astronomiæ peritis, annum ante Christi æram, quingentesimum nonagesimum septimum, atque ita Ezechielem propheta cepisse annus 596. ante Christi æram. Hæc ille, quæ paulo accuratius ad calculos reuocanda puro.

4. Annus tricesimus Nabopolassar est centesimus quinquagesimus secundus Nabonassari, fateor, si Ptolemæus horum duorum regum annis exactissimè inter se coniunxit: at verò annus Nabonassari 152. non est annus ante Christi 597. hoc enim anno 597. ante Christi epocham iniit annus Nabonassari 151. die 20. Ianuarij. Anno ante eandem epocham 596. incepit annus Nabonassari 152. die 19. Ianuarij. Itaque annus iste 152. nulla sui parte attingit annum ante Christi æram 597. nec video, quo iure Capellus asserat annum 152. Nabonassari, consentientibus vno ore omnibus Astronomiæ peritis, esse annum

*Erratio non placet.*

*Opinio Capelli.*

*Refellitur.*

api

logia  
menti

annum ante Christi æram, quingentesimum nonagesimum legitur  
 uis lib. 12. ad annum Per. Iulianæ 4118. annum 152. Nabonassarum  
 clarissimè inscribit anno ante Christi æram 596. die 19. Ianuarij, 1900  
 Lunæ 14. Idem expressè tradit Caluissius an. m. 3354. additque illi  
 Ianuarij fuisse feriam primam. Consequentiunt meæ tabulæ, in Opus. de  
 mini &c. Siquidem cap. 9. tabella principalis annum illum 152. aperit  
 ma; tabella 1. cap. 11. eundem annum inchoat 19. Ianuarij; tabella den  
 eiusdem capitis exordium anni Nabonassari signat 19. Ianuarij, 1900  
 Chr. 596. Totus igitur annus 597. ante æram Christi iam effluisset  
 nus 152. Nabonassari oriretur.

Capellus à  
 Ptolemæo  
 dissentit.

5. Quod Capellus Ptolemæum vocet auctorem omnium mensura  
 agatur de æra Nabonassari; non abnuo; de annis autem aliorum regu  
 bopolassari, Mnemonis, Ochi, Antonini, eum non esse accuratum  
 Reg. q. 17. num. 3. q. 19. num. 6. Neque id inficiabitur Capellus, qui  
 Mnemoni, dat annos 44. Ptolemæus autem 46. Capellus autem  
 Ochi inscribit anno ante æram Christi 361. quo vique ad 21. Noem  
 rebat annus Nabon. 387. Ptolemæus in Canone annum primum Ochi  
 esse 390. Nabonassari. Capellus Ocho 23. annos tribuit; Ptolemæus  
 que Capellus Nabopolassaro tribuit annos regni 29. Ptolemæus  
 nonnulla habent exemplaria teste Petauio 25. illi adscribit.

Et à Be-  
 roso.

6. Dum Capellus Berosi testimonio suam doctrinam additum  
 eam potius euerat; siquidem ex opinione Capelli, Ezechiel hic dicitur  
 regis cui parebat. Atqui anno 5. transmigracionis, non parebat Nabopol  
 fides habetur Beroso scribenti, tunc Nabopolassarum obiisse, quoniam  
 ipse Magnus Nabuchodonosor erat in expeditione contra rethel  
 pam, Egypto, Cœlesyriæ & Phœnicia præfectum, vt habet Iosephus  
 Antiq. cap. 11. & retuli 4. Reg. q. 20. num. 3. quæ nullo modo ad  
 tū Sedecia, qui idem est, cū quinto transmigracionis lechonia, quæ  
 videntur. Imò idem Berosus tam apud Iosephum l. c. & lib. 1. contra  
 apud quæ Eusebium lib. 9. de præp. Euang. restatur Nabuchodonosor  
 ciū de morte parentis in prædicta expeditione accepisse, tum Babilonia  
 to reuersum, atq; tunc demum regni paterni administrationem, quæ  
 Nabopolassare, interim penes Chaldeorum primates fuerat, accepisse  
 ex Berosi sententia, cui Iosephus, Eusebius, & alij plerique aut  
 pressè subscribunt, Nabopolassar anno quinto Sedecia in vitam  
 nique ex opinione Capelli, annus tricesimus Nabopolassari erat de  
 tius Nabuchodonosoris. Ergo si hucusque vixit, & regnauit Nabopol  
 anni vt minimum duodecim fuerunt ipsi cum filio communitæ, quæ

13.  
 H. Philij

Chrono  
 vet. Testa

A 11  
 17

fastoleris, tantum relinquuntur anni 17. Chronologici, Nabopolassari contra Ptolemæum, & alios, qui ut minimum 21. annos ab aliorum regum temporibus distinctos, eum regnasse volunt. Sententiam Scaligeri de initio Nabopolassari refert Petavius lib. 9. cap. 57. dum ait: Hæc diuersis in locis ac libris, à Scaligero pro dita inuicem contraria & pugnantia sunt. Deinde id refellit, quod totum ac tam luculenter à Scaligero demonstratum putat Capellus.

7. Petavius l. b. 9. cap. 58. & lib. 13. ad an. Periodi lul. 4089. initium regni Nabopolassari anno ante Christi æram 625. statuit, ita ut quintus annus illius sit: 17. Nabonassari anno ante eandem æram 621. die 26. Ianuarij inchoatus. Anno ante Christum 607. Ioakimi quarto, Nabuchodonosoris primo, Nabopolassarum obiisse scribit. Anno ante Christ. 599. deportationem Iechoniæ, & Sedecia: enchronismum notat. Anno deniq; ante Christum 595. ait, Ezechielem profetare coepisse, anno quinto deportationis Iechoniæ tricesimo ab æra Nabopolassari, ut supradictus existimat. Quamquam non rectè Nabopolassarum cum Nabonassaro confundit.

8. Qua in computatione, quædam mihi subobscura videntur. Nam mensilio quarto, quo vaticinari cepit Ezechiel, instabat annus decimus tertius Nabuchodonosoris ex sententia Petauij, qui excidium Urbis, & templi conflagrationem coniecit in annum ante Christum 589. quo annum vndecimum Sedecia: inchoat: nec est dubium, quin sub initium anni decimonomi Nabuchodonosoris Urbis incendium excitarit Nabuzardan. Ergo cum prima visio oblata est Ezechieli, annus 12. Nabuchodonosoris ferè effluxerat, ex huius autoris computo. His adde annos Nabopolassari 21. exurget annus non trigessimus, sed trigessimus tertius ferè absolutus, ab enthronismo Nabopolassari, vsque ad prophetiam Ezechielis numeratur. Dices fortè istos 21. annos Nabopolassari, non fuisse Chronologicos, sed primum & vltimum mutilos, ac proinde negligendos. Verum si hoc tibi negetur, qui probabis? Deinde hoc admissio, remanebunt anni solidi huius regis vnde viginti, quibus si 12. Nabuchodonosoro addiderimus, ad finem anni 31. Nabopolassaris perueniemus. At fortè hic duo regnandi initia habuit: de priori Berofus & alij, qui regnum eius annis 21. definiunt, intelligendi fuerint; de posteriori Ptolemæus, dum ad annum quintum illius regis, lunæ defectione refert: Ezechiel autem ærâ Ptolemæi vsurpauerit. At ne que hoc, difficultate caret: siquidem Ptolemæus in Canone, non pauciores annos quam vnum & viginti representat, eosque ab annis Nabuchodonosoris Chronologicè distinguit. Ptolemæus etiâ annum quintum (vt iam legimus) Nabopolassari & centesimum vigesimum septimū Nabonassari, pro eodem accepit. & sic in æra Ptolemæi annus primus Nabopolassari non est à centesimo vigesimo tertio Nabonassari distinctus, & inijs anno ante Christum 625. die 27. Ianuarij: anno autem ante eandem æram 595. die 19. Ianuarij,

ortus

pi

Supputatio Petauij

logia  
menti

Explicatio

13.  
H. Philij

Chrono  
vet. Testa

A 11  
17

ortus est centesimus quinquagesimus tertius Nabopolassari, idemque primus, à prædicto Nabopolassaris exordio. Ergò quando Ezechiel 595. ante Christum (vt vult Petauus) mensè quarto vaticinatus est trigessimus Nabopolassari, iam ab aliquot mensibus effluxerat, & transmigrationem, sic Ezechielem interpretabimur: Et factum est, in anno (ante quinque circiter menses expleto, Nabopolassari annis ab hinc facti tui) &c. Iste est annus quintus (inchoatus) transmigrationis regis Ioakim. Quæ ratio non exiguam continet amphibologiam, & tantum oculos Chronologicos tribuit Nabopolassari.

Alia supputatio.

9. Villalpandus non nisi vnde viginti annos largitur Nabopolassari, idemque Cornelius, idque addit ex Iosepho, lib. 1. contra Appionem, succedit filius Nabuchodonosor, qui regnare cepit anno quarto Ioakim regnauit annu vndecim, à quibus demò annos quatuor, quibus anno Ioakim regnauerat cum patre eius Nabopolassar, remanent anni Ioakim septem: quos annos quinque Sedecia, habebis annos triginta, quos quatuor. Confirmatur quod Ezechiel hæc in Chaldæa scripserit, ac proinde eam temporum nem apponere debuerit, quæ Chaldæis esset nota, qualis erat Nabopolassari æra.

Refutatur

10. Huic computationi iure potest opponi, quod apud Iosephum contra Appionem non 19. sed 29. anni Nabopolassaris imperio à Iosepho autem Iosephus lib. 10. Antiq. & Eusebius de præparatione Euangelij & viginti consignent, nec pauciores in Canone Mathematico Prescribentur. At esto, regnauerit Nabopolassar annos 19. his adijce Ioakim, & quinque Sedecia; exurget annus 31. Cum autem Ezechiel transmigrationis currentem hic ponat: non est cur eum, de anno transmigrationis Nabopolassaris completo interpreteris. Ad hæc aliqui iacent de anno transmigrationis Nabopolassaris completo interpreteris. Ad hæc aliqui iacent de anno transmigrationis Nabopolassaris completo interpreteris. Verùm ista callositas, 4. quibus, inquit, ante Nabuchodonosorem regnauit. Verùm ista callositas congruit cum rationibus eorum, quibus asserunt annum primum Nabuchodonosori inchoatum fuisse anno tertio Ioakim. Si hoc posterius verum de annis Ioakim non vltra triennium tollere oporteret: & sic regnauit qui cum 19. Nabopolassaris & 5. Sedecia conficerent annum 31. Nabopolassar computandum. Denique Cornelius à Lapide in Harmonia Chronologica Prophetarum §. Anno m. 3351. initium Prophetia Ezechielis ante Christum 598. constituit: Danielis 1. ita digerit annos Nabuchodonosori ratiocinia, quibus ipse tempora dispensat, non patiantur, vt prima Ezechielis in annum 30. Nabopolassar conferatur.

Obiecta Respon.

11. At Ezechiel, inquit, vt debuit æra aliqua Chaldæis cognita, equidem nec aio, nec nego. Si tamen debuit, id abunde præstitit, cum

quintam transportationis Iechoniae suis vaticinijs prefixit : hic enim annus Chaldaeis Victoribus ignotus esse non potuit. Sexcentas autem rationes habere potuit S. Vates, cur annum istum *tricesimum*, ab aliqua epocha Gentilibus ignota, propter Hebraeos accerseret.

12. Quidam Hebraeorum putarunt hunc annum esse *tricesimum* à Iubilaeo, quod proximè antecesserat. Ita Rabbi Ioseph, Kim-hi, & filius eius David, & Rabbi Salomon, vt referunt, iureque merito verum esse negant passim sacri interpretes, cum Chronologis Christianis. Era mundi Iudaica, erronea est, vt alibi monui: vnde fit vt anni Iubilaeorum ex ea collecti, ad annos regum ritè applicari non possint.

13. S. Hieronymus diversis in locis, diuersas sententias proponit. Initio huius capituli, *tricesimus annus*, ait, non vt plerique existimant, aetatis Prophetae dicitur, sed à duodeuicesimo anno Iosia regis Iuda, quando incensus est Liber Deuteronomij in templo Dei, vsque ad quintum captiuitatis annum Iochin argumentum Iechoniae. Quae verba in glossam ordinariam huius capituli transscripta sunt. At verò praefatione in Ezechielem quae ad finem Bibliorum vulgatae editionis habetur, ex tomo 3. S. Hieronymi ep. 119. sic legimus: Ezechiel propheta cum Iochin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem &c. *tricesimo* aetatis suae, & captiuitatis quinto, exorsus est ad captiuos loqui.

14. Origenes hom. 1. in Ezechielem: *secus*, inquit, *fluum Chobar*, Ezechiel quò 30. esset annorum, apertus vidit caelos. Eadem est interpretatio S. Gregorij homil. 2. quibus assentiuntur Hugo, Lyranus, Historia Scholast. Dionysius, Sanctius in hunc textum, Torriellus ad annum m 3 440. numer. 2. Salianus ad ann. 3 441. Cornelius in Harm. Chron. Ezechiel, ait, *Sacerdos Iudaus in Babylone anno 30. aetatis suae, videt in nube ac igne similitudinem quatuor animalium*. Idem habet Isidorus in libro proœm. vbi tamen vitiosè 35. ponuntur pro 30. nempe annus 5. transmigrations, cum 30. qui praecesserant, adiunctus est. Hæc sententia probabilis est, nec defunt coniecturæ, cur Propheta hoc loco, aetatis suae meminisse potuerit, nimirum ad auctoritatem sibi conciliandam, vt Iudæi intelligerent, Ezechielem iam tunc ad eos annos peruenisse, quibus sacerdotes in tabernaculo ministrare, & munia Prophetatum obire poterant. Tum quia haec oratione Ieremiam imitabatur, qui se in ætate tenera vaticinari cœpisse insinuauit. Quod & Daniel fecit, quando scripsit se Susannam imminenti mortis periculo eripuisse, vt patet ex illo Dan. 13. v. 45. *Cumque duceretur ad mortem, visitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel*. Simili modo S. Lucas ætate Christi Domini notauit tempus, quo Prophetæ & Doctoris munus obire cœpit, vt notat Salianus num. 3. Addit Sanctius Prophetam, ex modestia fortè & humilitate suorum vaticiniorum primordia, anno aetatis

Quaest. Chron. P. 3.

P

suæ

ipi

logia  
iminenti

Sed forte  
30. aetatis  
Propheta.

sua trigesimo consignasse, ut à se laudem illam remoueret, que nonnulli adulti prophetiæ dono celebres esse cœperunt, ut iam de Daniele, & dicitur.

*Cassigatur Iosephus.*

15. Neque audiendus est Iosephus, dum lib. 10. Antiq. cap. 8. in Iosephum ad huc puerum cum Iechonia Babylonem abductum, ut notandum est: nullum enim indicium habemus, quo illum tunc ætatis fuisse putemus. Imò Sanctius asserit, ea quæ de Ezechiele, primo exilii uisitatis tempore dicuntur, aliquid insinuare supra ætatem puerilem. Iulianus non malè negat, Ezechielem cum abduceretur, puerum vocasse, nisi more Scripturæ, quo illi etiam qui sunt 25. annorum, pueri dicuntur.

*S. Vates hinc potuit uisus sua uenerit esse.*

16. Nec est, quod dicas, insolitum esse, ut Prophetæ notent, etiam fuerint, quando primùm prophetiæ spiritum acceperunt. Fateor enim esse ordinariū iustæ tamen aliquando suberant causæ, cui id vel in corpore vel in particulari facerent. Enim uerò, qui anno 30. Nabopolassar, babilonij tempus consignatum esse uolunt, ad extraordinarium modum necesse est, & dicant, mortuo iam ab aliquot annis Nabopolassare, etiam Prophetæ præter morem usurari.

*Fortè hic annus fuit 30. à 18. anno Iosæ.*

17. Probabile etiam existimo, hunc annum 20. numerari, ab octavo mo regni Iosæ, cum neque auctores, neque uerisimiles coniecturæ habentur id insinuetur. Hoc enim aliquando placuit S. Hieronymo l. c. dicitur, abet Chaldaeus Paraphrastes, & probabile iudicat Sallianus, num. 6. Iosephus Chronographiam arbitrantur Theodoretus, & Maldonatus: quoniam iudicio, argumentum, quo id stabilire conantur, infirmum à plerisque censetur. Huc etiam propendet Mariana, neque me ratio eorum dicitur. Nam in tabulis annorum expansionum anno ante aram Christi 626. anno Iosæ aperio, anno deinde ante eandem aram 597. annum quintum migrationis ineuntem signo. Iosæ regnauit annos 31. de his tolle 17. quibus decimum octauum præcesserant, remanebunt 14. His adiunge annos quos Scriptura Ioakimo tribuit, & ut Chronologicos uique ad S. Hieronymum, Hilariū, Bedam, Fasti Siculi, Nicephorum, Ado, Marianum, Vincentium, Honorium, August. Gordonum, Tertullianum, Cornelium. Rursus appone quintum migrationis & ex hoc uerum sententia, annum trigessimum colliges, ab illo celeberrimo Iosæ usque ad primam uisionem Ezechieli oblatam: quod ipsum hic annus Hugo Cardinalis, Nec deerant tituli, quorum gratia S. Vates ad hunc 18. respiceret. Tunc inuentus est Liber Deuteronomij, eiusque lectio clara subito religionis & morum instauratio secuta est. Tunc appa-

*Prærog. 18. annis 18. Iosæ.*

13.  
H. Philii

Chrono  
logia Testa

A 11  
170

mo Pascha celebratum. Non fuit simile in Israel à diebus Samuelis Propheta: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel. fecit Phasē sicut Iosias. 2. Paralip. 35. v. 18. Octavo decimo anno regni Iosia hoc Phasē celebratum est. vers. 19. Tunc denique Deus per Holdam prophetidem Iudæis futuram sub Nabuchodonosore calamitatem denunciavit. Ecce adducam mala super locum istum. & super habitatores eius, omnia verba legis, quæ legi rex Iuda. 4. Reg. 22. v. 16. quod scilicet. fierent in stuporem & maledictum. v. 19.

18. Hinc colligo 1. non esse hic ad annos Astyagis recurrendum, tum quia non desunt aliæ expositiones magis idoneæ, tum quia nec temporum rationes id pariuntur, tum denique quia nihil occurrit, quod suadeat Ezechielem, natione Hebræum, Babylone agentem, regis Medorum annos, nullo appposito talis supputationis indicio, numerare voluisse.

19. Colligo 2. illius opinionem vix mereri fidem, qui huic loco hanc notam apponit: Ego potius dicerem intelligi à capto Iechonia, cum quo Ezechiel abductus, sensumque esse, vsque ad illum annum habuisse se visiones, quarum primam re-  
 cap. 3. de sexto & de alijs deinceps. Vide cap. 40. Hæc enim opinio, neque Scri-  
 ptorum suffragijs, neque argumentorum fundamentis nititur. Quin imò sicut  
 Jeremias cap. 25. annum quartum Ioaquim cum primo Nabuchodonosoris,  
 in Ezechiel hic annum istum 30. cum quinto transmigrationis componit.  
 Vtrobique similis est phrasīs, & pari modo plerique interpretes utrumque  
 locum exponunt. Cap. 40. nihil admodum reperies, quo communis aucto-  
 rum hunc annum 30. ad præterita tempora applicantium interpretatio labe-  
 factetur.

20. Colligo 3. Cæteris præponendas videri eorum explicationes, qui Ezechielem hic, vel de sua ætate, vel de Epochâ ad annum decimum octauum Iosia apposita locutum autumant. Cum autem hæc duæ supputationes pari curâ, ab eadem origine, ad idem annorum spatium ferantur, nihil ob stare video, quominus Propheta, & ad suam ætatem, & ad anni 18. Iosia celebritatem, duplici sensu literali respexisse censetur.

EZECH. I. v. 1.

In quarto, subaudi mense, vt exprimunt Septuaginta, & passim interpretes  
 monent. Quartus hic mensis à Nisan cõputatur, eumq; Iudæi Tamutz vocant,  
 in Chaldæis, Pradus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Menoch. nec memini S.  
 Hieron. secus censuisse, quicquid nõnulli è Neotericis hic asserant. Notat qui-  
 dam in huius capituli commentario, Christum ad baptisma venisse, mense apud  
 Orientales quarto, qui annum ab initio Octobris illa ætate auspicabantur: at

Non fuit  
30. Astyagis.

Neque 30.  
à capto  
Iochonia.

Opinio  
auctorioris

Mense  
Tamutz.

opi

logia  
menti



12.  
H. Philij

Chrono  
logia Testa

A 11  
17

verò infra cap. 29. mensẽ decimum à Nisan enumerat, nec alimẽde  
tum deduxisse videtur.

Capellus  
& Calui-  
sius exa-  
minantur

In quinta mensis, nempe quarti ex vnanimi interpretum consensu  
& Caluissius hæc ad annum 596. ante Christi æram reducit, cyclo  
næ 14. Diem istum quintum, quarti mensis Caluissius scribit fuisse  
lij fer. 5. Capellus verò coniungit cum 22. Iulij, fer. 2. Erat alio  
lit. Dom. E. litera æquationis Epactarum H. Epacta 28. quæ  
Tamutz, non procul à 28. Iunij abesse patitur, atque ita commo-  
mensis Tamutz in 3. Iulij, fer. 5. potuit incidere. Tantum addit  
annum quintum transmigrations exeuntem. Characteres Capellus  
æram Christi 396. non conueniunt: quia tunc dies 22. Iulij in festo  
incurrebat, eratque circiter 23. apud Hebræos mensis quarti. An-  
quenti cyclo Solis 3. Lunæ 15. dies quinta quarti mensis ad 22. Iu-  
cedebat. Quod tamen Capelli rationes non approbat: siquidem  
nus 31. Nabopolassari iam suebat, si, quod asserit Capellus anno  
Nabopolassar. erat 127. Nabonassar, anno ante æram Christi 626.  
Sic enim anno ante Christ. 595. die 22. Iunij curtebat annus Nabon-  
& Nabopolassari 31. idque à 19. Ianuarij, ex supputatione Ptole-  
natur Capellus annum 30. Nabopolassari cum quinto transmigrati-  
mussim coniungere: quod tamen non efficit. Nam anno m. 399. an-  
601. Sedecia coronam imponit à mense Tisri vel à Nisan sequenti  
enthronismi auspiciatus: paulo post verò scribit: Sedecia autem  
modò ab huius anni, modò à sequentis anni Nisan, modò ab intermedio  
ddò bicipitem, modò tricipitem hanc æram constituit, & hanc  
nem valde dubiam esse ostendit. Ego prophetiarum Ezechielis  
refero ad initium anni quinti transmigrations ipsius ciuitates à Nisan  
putati; diem quintam Tamutz, non procul à 14. Iunij remotam,  
vulgarem Christi epocham 597. stylo Iuliano cyclo Lunæ 9. Solis

Quando  
Ezechielis  
i. viso  
oblata

Resp.

Dices, Ex eorum opinione qui anno ante Christi æram 601. an-  
buchodonosoris octauo, Iechoniam migrasse putant, colligitur  
Christum 597. die 3. quarti mensis annum quartum transmigrati-  
se exactum: ergo anno ante Chr. 596. Ezechielis primã visionem  
tam. Responderi potest: si transmigrations æram, à die transmigrati-  
niæ mathematicè ducamus, id verum videri: At vero Ezechielis  
vsuali vtitur, in quem annus iste quintus incurrit, à Nisan populi  
ptus, sicut Moyses annos egressionis ex Aegypto ab eodem mense  
Exod. 40. v. 16. vt ibid. diximus. Aliàs inter primam Ezech. visionem  
cap. 8. describitur, haud facillè esset 430. dies reperire, quibus Prophe-

sinistro, tum dextro lateri incubuit. Ieremias autem cap. 52. & auctor lib. 4. Regum cap. 25. annos non transmirationis, sed regni Sedeciae numerat, accurate a die enthronifmiserat enim Ieremias Ierosolymis. Quod maxime conuenit eorum sententiae. qui annos vndecim transmirationis Chronologicos, Vrbis excidio praeponunt. quos auctores partim alibi recensui, partim cap. 40. huius libri recensibo.

EZECHIEL. IV. v. 4. 5. 6.

Vers. 4. Et tu dormies super latus tuum sinistrum. Eadem in Hebraeis est lectio: translatio verò septuaginta, Sixti addit; centum quinquaginta dies, prout etiam legit Theodoretus: sed alia exemplaria Graeca, cum Latina & Hebraea editione congruunt.

Varia lectio.

Vers. 5. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies. Consonat Hebraea lectio, & Graeca in plerisque codicibus: Septuaginta verò, tantum centum & nonaginta dies offerunt, quos Theodoretus, & Polychronius acceptant.

Varia lectio.

Vers. 6. Assumes iniquitatem domus Iudae, quadraginta diebus. Ita constanter Latini, Hebraei, Graeci codices. In praecedentibus Latina Sixti editio retinenda est, vtiam olim differre censuit S. Hieronymus, satis miror, inquiens, cur vulgata exemplaria (subaudi non correctae) centum nonaginta annos habeant, & in quibusdam scriptum sit, centum quinquaginta, cum perspicue & Hebraicum, & Aquila, Symmachusque & Theodosio trecentos nonaginta annos teneant. Idem sentit Origenes, qui consideratis ceteris editionibus, ait se 390. dies inuenisse, vt ex Codice Vaticano refert Willalpandus. Consentunt alij interpretes, vt superfluum videatur, in confirmationem huius lectionis plura congerere. Vnde verò hi 390. anni, & rursus alij quadraginta computandi sint; opeosius inquirendum est.

Editio vulgata retinenda.

QVÆSTIO II.

Quid hac de re scripserit S. Hieronymus.

Annos 390. Israelis ab eo tempore ducit, quo Theglathphalasar rex Assur magnam 10. tribuum partem vastauit, sub rege Israel Phacee, qui regnavit annos 20. Huius successori Osee dat annos 9, vsque ad euersionem Samariae tum Ezechiae deputat annos 24. Manassae 55. Amon 2. Josiae 32. Ioakimo 11. Sedeciae 11. & sic concludit: fuit itaque à prima captiuitate Israel, quae facta est sub rege Phacee, vsque ad vndecimum annum Sedeciae, quo templum desolatum est, annorum sexaginta quatuor: à secunda quando captus est Osee, & omnis subuersa Samaria

Insignis supputatio S. Hieronymi.

opi  
logia  
menti